

D. PAVLLI ANTONII
DE TARSIA,
DOCTORIS THEOLOGI, ABBATIS
SANCTI ANTONII CUPERSANENSIS;
ET ACADEMICI OCIOSE
NEAPOLITANI,
HISTORIARVM CUPERSANENSIVM.

LIBRI TRES,

Declarab. ad Coll. m. et Cuenca

Anno



1649.



Mantua Carpathanorum. Typis Iuliani de Paredes;
Superiorum permisso.

INVICTISSIMO,

AC POTENTISSIMO

IN VTRQVE ORBE MONARCHÆ

PHILIPPO HISPANIARVM REGI
huius nominis IIII. cognomidis MAGNO
eiusq; Supremo Italiæ SENATV1 doctrina,
& integritate, maximo , adhe-
casto.

HI STORIAM Hanc meam
(Philippe Rex, Potentia MAG-
NE, Religione MAIOR, utra-
que MAXIME) ut post multis
tibi debitam nominibus, sub ausp-
cijs tandem depresso tuis. Vetus siquidem Cu-
persanensis Vrbis, Patriæ meæ, ornamenta, ex te,
maioribusq; accepta tuis, haud alijs præcipue conser-
cranda, nisi unum tibi; ut optatum scilicet gratiu-
dinis specimē referant, in id redeuntia, unde ex ore
dia sumpsere. Et licet perpetuitatis secum omina
ferant, cupressi etymo (unde & Vrbi nomen) hie-
roglyphicè expressa; nihil tamen illis firmius accesser-
it, nisi quod ex Austraciis suis mutuauerint fuli-


D. PAVLLI ANTONII

DE TARSIA.

DOCTORIS THEOLOGI

De Historia sua.

PROLOQVIVM.

AD BENIGNVM LECTOREM.

Istoria (Lector benigne) testis temporum, lux
veritatis, vita memorie, magistra viræ, ac nū-
cia vetus statis, ab eloquentium Principe Tullio
doctè non minus, quam prudentè vocata
est. Quod profectò quam constans, quamvè
germanum sit, nullus erit sanx mentis homo,
qui mecum non profiteatur. Ecquinam enim
lapides, quæ marmora magnaliceret, ac solida, temporum vicissi-
tudines posteris indicantia, restantiaque, ipsorum iniurij temporo-
rum non succubueret? Vna tamen pagella tot calcatis seculis, viue-
t adhuc, fragilis licet, in columnis. Ecquinam nobis veritatis emica-
tent radij, quibus non lateret tenebris inuoluta senescens veritas,
ni mutæ loquerentur pagellæ? Vbinam locorum, memoria viue-
ret hominum, nisi eam vnas imminente ab interitu calamus ser-
uaret immunem? Quibusnam ex exemplis nostros propositis ob-
oculos initiam viræ rationem firmè teneremus, nisi bona, malaque, pa-
piraceo in cupro, suis delineata coloribus non exhiberent nobis,
humanae viræ Præceptrices Historiae? Ruunt sub aspectum cadę-